Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35272
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



comedent iezabel magno iezrh
hel Si mortuus fuerit ab illis in
ciuitate comedent eum canes si
aut mortuus fuerit ab illis in agro
comedent eum volucres celi si
no fuit alter talis ut achab qui
uendatus est ut faceret malum
conspectu dni Conpiravit eum
uxor sua iezabel et abominabilis
effectus est imitatus est scilicet
idola que fecerant amorrei
quos expulsos dns afflicit filios israel
Cumque audisset achab sermones
istos scidit vestes suas et oper
uit cilicio carne sua iecunque
uit et dormiuit in sacco et
ambulauit demisso capite suo
Factus est sermo dni ad helyam
thesbiten dicens Nonne vidisti
humiliatus achab coram me quia
igitur humiliatus est mei causa non
ducam malum in diebus eius sed
diebus filii sui inferam malum domui
eius

Transierunt igitur
tres annos absque bello inter
syriam et israel Factum autem tertio
anno descendit iosaphat rex iuda ad
regem israel Dixitque rex israel ad
seruos suos Ignoratis quod ramoth
galaad est nostrum et negligimus
tollere eam de manu regis syrie
Et ait ad iosaphat Venisne mecum
ad expugnandum ramoth galaad
ad dixitque iosaphat ad regem israel
Sicut ego sum ita et tu populus
meus populus tuus equi mei equi tui
et equitabo mecum in bellum
Dixit iosaphat ad regem israel Quaere
oro te hodie sermonem domini
Congregauit igitur rex israel prophetas quadringentos
uiros et ait eis Ire debemus in ramoth galaad
ad pugnandum an quiescam Qui illi re
spondentes ascende et dabit eam
in manu regis
Dixit autem rex ad eum Nonne adhuc
unus est vir per quem possimus interro
gare dominum sed odio habeo eum quia non
prophetat mihi bonum sed malum michaias
filius iemla Cui iosaphat ait
Ne loquaris ita rex Vocauit ergo
rex israel eunuchum quendam et
dixit ei festina adduce michaiam
filium iemla Rex autem israel et iosaphat
rex iuda sedebant unusquisque super solio
suo uestiti cultu regio in area
iuxta ostium porte samarie et omnis
prophetabat in conspectu eorum
fecerat quoque sedechias filius chanaan
sibi cornua ferrea et ait Hec dicit
dns His ventilabis syriam donec
deleas eam omnes quoque prophete simili
ter prophetabant dicentes Ascende in ra
moth galaad et uade prosperabitur et tradet
dns in manu regis
Nuntius ue
ro qui iuerat uocare michaiam locutus est ad eum dicens
Ecce sermones prophetarum ore uno bona regi pro
dicunt Sit igitur sermo tuus similis
eorum et loquere bona
Cui michaias
ait Viuit dns quia quocumque dixe
rit mihi dns hoc loquar
Venit itaque ad regem et ait illi rex michea
ne deleamus in ramoth galaad ad
pugnandum an quiescam Cui ille re
spondit Ascende et uade prospe
re tradet dns in manu regis
Dixit
autem rex ad eum Usque quo ad
iuro te ut non loquaris mihi nisi quod
uerum est in nomine dni Et ille ait Vi
di cuncto populo israel dispersum in mo
tibus qui erant non habentes pas
torem et ait dns Non habent dominum isti Reuertatur igitur unusquisque
domum suam in pace
Dixitque rex
israel ad iosaphat Nunquid non dixi
tibi quia non prophetat mihi bonum sed semper
malum Ille uero addens ait propter
ea audi sermonem dni Vidi dnm
sedentem super solium suum et omnem exer
citum celi assistentem ei a dextris et
a sinistris Et ait dns Quis de
piet achab regem israel ut ascendat
et cadat in ramoth galaad Et dixit
unus da huic commodum et alius alium
Egressus est autem spiritus et stetit co
ram dno et ait Ego decipiam illum
Cui locutus est dns In quo Et ille ait
Egrediar et ero spiritus mendax in ore
omnium prophetarum eius Et dixit dns Deci
pies et prualebis egredere et fac
itaque igitur ecce dedit dns spiritum
mendacii in ore omnium prophetarum tuorum
qui hic sunt et dns locutus est con
tra te malum
Accessit autem sedechias
filius chanaan et percussit michaiam in maxilla et dixit Ne quo di
uum sit spiritus dni et locutus est tecum
Et ait michaias Videbis eo die illa
qui ingredieris cubiculum in cu
biculum ut abscondaris
Et ait rex
israel Tollite michaiam et manetat
apud amon principem ciuitatis et
apud ioas filium amalech et dicite
eis Hec dicit rex Mittite hunc istum
in carcere et sustentate eum pane
tribulationis et aqua angustie do
nec reuertar in pace
Dixitque michaias
Si reuertendo fueris in pace non
est locutus dns in me
Et ait Audite
populi omnes
Ascendit itaque rex israel
et iosaphat rex iuda in ramoth ga
laad
Dixitque rex israel ad iosaphat
Iunge arma et ingredere prelium
et induere uestibus tuis
Porro rex
israel mutauit habitum et ingressus
est bellum
Rex autem syrie preceperat prin
cipibus curruum triginta duobus
dicens Non pugnabitis contra mi
nore et maiore quemquam nisi contra
regem israel solum cum